

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Christianae catecheseos capitibus

**Zentgraf, Johann Joachim
Mappus, Georg Friedrich**

Argentorati, 1699

VD17 VD17 12:146984E

[Fließtext]

[urn:nbn:de:bsz:31-130689](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130689)



DE
CATECHESEOS
CHRISTIANAE
CAPITIBUS.

§. 1.



On genuinæ Catecheseos
capita commendat Edoardus Baro Herbert.
de Cherbury, Anglus, in l. de caus. error.
append. §. si tamen, quando enarratis
quinque articulis, scil. 1. Esse supremum
aliquod Numen. 2. Numen illud coli debere.
3. virtutem & Pietatem una cum fide (ad
quam ex rationis principis fit transitus) in

DEUM, anreg, ejus intimo conjunctam, esse precipuam partem cultus
divini. 4. Respicendum esse à peccati. 5. Præmium vel poenam post
hanc vitam dari, subjicit interrogans: An aliquid quing, illis articulis
addi possit, unde magis purus, castusque exhibeatur DEO cultus, aut
magis integer vita, probusque evadat homo, ubi articuli illi rite expli-
centur, & in suam ultimam latitudinem perducantur? Ta-
lem nimirum latitudinem naturalis religionis hic Latitudinarius
intendit, quæ ipsos etiam saniores Gentiles complectatur,
omnibusque mortalibus communem catechizationem præ-
scribat, sive isti rationis insufficientia dictamina tantum ad-
mittant, sive revelationis verbum etiam audiant, cujus finis
sit universalis aliqua, & transcendentalis religio, in quam
omnes conspirent, quæque ceu alter mundi spiritus Platoni-
cus, mortalium pectora in unitate contineat; vel uti frigus

Peripateticis & homogenea & heterogenea congregare, lapides etiam, ligna, stramina, ossa & similia agglutinare dicitur, quæ superveniente calore Solis, glaciem dissolventis, rursus diffuunt. Vertiginem hominis hujus, religionem Christianam impia sua Catechesi eversum euntis, orbi Christiano prolixius exposuerunt doctissimi Theologi Kortholtus, Franckius, Chiloniensis, Johannis Musaus, Jenensis, alii. Genuina capita Christiani Catechismi paucis secundum meliorem disciplinam notabimus.

§. 2. Hanc vero scribendi necessitatem imponit nobis dissertatio de *Simplicitate Catechetica* nuper habita. Cum enim tum monuimus, *simplicitatem* istam, quam Catechesis, & catechizatio amat, non excludere sufficientem necessarium dogmatum explicationem; quænam illa sint, quæ ista constituent *capita*, & *partes doctrinae Catecheticae Christianæ*, statim hinc exoritur quæstio. Operæ pretium itaque fuerit, ut aliquanto distinctius explicetur, quænam illa sint initialia dogmata, Catechesi inferenda, & catechizandis exponenda, ne vel minus capaces multitudine non necessaria obruantur, vel noxia paucitate alias necessario docenda omittantur. Uterque declinandus est scopolus. Eximie Cyrillus Hierosolymitanus in Procatechesi, h. 16. νόμισόν μοι, inquit, οἰκοδομῶ εἶναι τὴν κατήχησιν, εἰάν μὴ καὶ ἀνελευθέρων ὁρισμοῖς οἰκοδομῆς ἀμολογησώμεθα τὸν δόμον, ἵνα μὴ ὁρεθῆ π χαῖνον, ἢ σπερδὲ φήσεται ἢ οἰκοδομῆ. ἀλλὰ δεῖ καὶ ἀνελευθέρων λίθων μὲν λίθω ἀνελευθέρων, καὶ γωνίαν γωνίᾳ ἐπέσθαι. Σοπεξεδόντων δὲ πειλοσά, εἶτω δεῖ λίαν οἰκοδομῶ ἀναβαίνειν, ἀδίσκον quoddam esse intelligas catechesin, ac nisi ordine vinculis constringamus structuram, ne quid laxum & hians reperiat, debile fiet adificium: sed est operæ pretium, lapidi lapidem apponi, & angulum angulo conjungi, atq; superfluis abscissis, perfectas ades efficere.

§. 3. Egregius D. Pauli locus Ebr. c. 5, v. 12. 13, & c. 6, v. 1. sq. capita catechetica στοιχείων τῶν ἀρχῶν τῶν λογίων τῶ Θεοῦ, elementorum initij sermonum DEI; item γάλακτι, lactis; λόγῳ quoque τῶ ἀρχῶν τῶ Χριστοῦ, sermonis initij Christi, & θεμελίῳ, fundamenti elogio commendans, non solum eorundem simplici-

plicitatem, & necessitatem ad fines catecheticae institutionis
obtinendos, significat; sed & qui articuli Christianae disci-
plinæ capitum Catecheticorum nomine venire possint, certis
notis insinuat. Cum enim capita hæc *σειχῆαι*, seu *elementa*
initialia sint, quæ primo omnium proponi debent rudibus
catechizandis, qui in doctrina religionis Christianæ sunt in-
formandi; sequitur hinc, illas veritates doctrinæ Christianæ
Catechesi debere contineri, quarum cognitio primo omnium
necessaria est præ aliis, & proponenda ante omnium aliorum
dogmatum, ad fidem & mores Christianorum facientium,
traditionem & explicationem; à quibus incipiat cognitio
prima rerum ad fidem & mores pertinentium, & quæ se ha-
beant ad accuratiorem & acroamaticam Theologiam, uti
elementa Geometrica se habent ad ipsam scientiam Geome-
tricam. *Cyrillus Hierosolymitanus* *εἰσαγωγικῶν*, *introductionem* in-
stitutionem Catechesin appellat in *Catech. I.* in *inscriptione. f. 1.*
Ergo quæ Christianæ disciplinæ & religionis tradendæ do-
gmata non sunt *εἰσαγωγικά*, *introductionia*, ea quoque non sunt
elementa exordialia, nec vere qua talia catechetica, licet non
eadem quoad omnes catechizandos sint, explicante *B. Augu-
stino* de catechiz. rudibus c. 6. sqq. r. IV. opp. f. 899. quod
Judæorum & Gentilium exemplo ostendit *Irenæus* l. 4. contr.
hæret. c. 40. sq. Dicuntur hinc capita catechetica non nude
σειχῆαι, sed *σειχῆαι τῶ ἀρχῆς τῆ λογίαν τῆ Θεῶ*, hoc est, *elementa*
qua sint initium doctrinae Christianæ, & Christianismi propinan-
di, quæ primo omnium ante cætera doctrinæ Christianæ ca-
pita tradenda, & ceu initialia & elementalia dogmata, atque
rudimenta tyrocinii Christiani, ex oraculis DEI docenda
sint, *Ebr. 6, 1.* appellantur *ὁ τῶ ἀρχῆς τῆ Χριστοῦ λόγῳ*, *doctrina*
Christiana, *cujus nucleus Christus est, sermo initialis: Vel si*
mavis: Sermo, & caput, quod in doctrina de Christo pri-
mo omnium explicandum, à quo in docenda doctrina de
Christo initium faciendum. Nec male Calvinus h. l. sermonem
tyrocinij, inquit, prima tyrocinia vocat Apostolus, quibus im-
buendi sunt rudes, dum recipiuntur in Ecclesiam.

§. 4. Γάλακτι, lactis nomine præterea capita Catechetica designantur, atque figurato loquendi genere describuntur. Significatur vero, illa dogmata pro catecheticis haberi debere, in quibus idem usus & necessitas, præter simplicitatem in docendo, datur ad hominem rudem in religione Christiana informandum, quoad ea quæ ad fidem & vitam hominis Christiani pertinent, qui etiam lactis est ad nutriendos infantes, & imbecilliores. Verum quidem est illud Arhanasi Epist. ad Epictet. Episc. Cor. t. I. opp. f. 584. ἀδιώατον γάλακτι τρεφέναι σώμα καὶ παρρηγιωθῆναι, μηδέ τι πρὸν φῶς τεχθῆναι, impossibile est lacte nutriri corpus & factis constringi, quod non prius naturaliter partu editum est, recens tamen nato partui convenientissimus est cibus. Τὸν ὕδατος, inquit Plutarchus de sanit. tuend. t. II. Opp. f. 132. γάλακτι μὴ ἔχῃ ὡς ποτὶν χρεῖστον, ἀλλ' ὡς σπῆνθον ἀναμεινόμενον καὶ πολύτερον ἔχοντι, de liquoribus lac quidem usurpandum pro potu non est, sed ut cibus vim validam, & ad nutriendum copiosam habens, qui proinde etiam ætati hominis primæ conveniens est: Quanquam fuisse etiam dicuntur, qui per totam vitam non alio cibo & potu usi fuerint, quam lacte, uti de Sistrato quodam autor est Plutarchus idem Sympos. l. 4. q. 1. tom. c. f. 660. Γαλακτοφάγους etiam inter populos fuisse Scythas olim refert, explicatque Herodotus l. 4. c. 2. Pari modo Lac Catecheticum illa continet dogmata, quorum usus & necessitas ab initio primæ catechizationis non tantum se exerit, sed per totam Christiani hominis vitam se extendit, ad sanum eundem conservandum, roborandum, & muniendum ad versus hæreses. Pia ista mater, de qua 2. Maccab. 7, 23, filio, quem ad martyrium intrepide subeundum animatum ibat, exhibita à teneris beneficia exponens, etiam trienni, quo ipsum lactaverat, antequam solidioribus eundem aleret cibus, mentionem fecit. Hinc Cyrill. Hierosolym. in Procat. f. 15. Ὁδὸν μὲν, inquit, τῆς καθήκοντος, εἰ καὶ πολλὰ ὀρθροῦν μὲν λέγοντες, πῶς ποτὶν ἡ ἀσθενεία σε ἐκλυθῆ, perseveres in Catechesibus, etiam si longo sermone producantur, ne forte aliquando mens deficiat; addens Catechumenum telis & armis per eandem instrui, de quo alibi. Ad bonam

bonam crasin, habitumque corporis, & sic ad longævita-
tem, quid lac maternum conferat, ad *Verulamij* Histor. Vit. &
Mort. observavit *Moserus* in Annot. p. m. 159. Explicante etiam
Buxtorfio Synag. Jud. c. 2. quam sollicitæ sint apud Judæos
mulieres lactantes, uberibusque suis infantem alentes, ut
probatum ille lac sugat, quod cor & stomachum ipsius reficiat, recreet,
ut cito adolescat, tantoq; facilius & maturius mores suos ad virtu-
tem conformare, sapientia operam dare, ingenio & intelligentia ac-
crescere queat. Sic primæ in Christiana religione institutioni
convenientia dogmata lactis catechetici constitutionem de-
bent ingredi. Eximie *Theodoretus* Comm. in Ebr. 5, 13. καὶ ἰ-
περ, inquit, τοῖς μὲν ἄνθρωποις βρέφει τὸ γάλα προσφέρεται εἰς ἴα-
σιν, ὅτι τοῖς ἀπὸ τῆς μητρὸς ἐχουσιν συμμετρὸν τὸ ἀνεύθυνον ἢ διδασκα-
λίαν προσφέρειν, sicut recenter natis infantibus lac prabere sole-
mus, ita iis qui infirmam habent fidem imbecillitati accommodatam
doctrinam exhibemus.

§. 5. Appellatur etiam doctrina Catechetica *ἱεμελίον*,
fundamentum. Rudes autem Catechizare, uti loquitur *B. Augu-
stinus*, *D. Paulo* dicitur *ἱεμελίον κατὰ βάθος* apud eosdem.
κατὰ βάθος, inquit *Eduard Leigh* Crit. S. N. T. voc. *κατὰ
βάθος* p. 316. significat in inferiorem locum jacere, sicut fieri solet in
adificiorum fundamentis. Ab arte architectonica ergo hæc lo-
quendi formula desumpta est, doceturque, doctrinam Cate-
chetica ad spirituale ædificium ipsi superædificandum se
habere, uti se habet id quod alteri substernitur, quo ipsi, dum
sic substratum est, aliquid superstruatur. Fundamentum enim
generaliter, ut *B. Nicol. Hunnius* de fundam. dissens. *Luther.* &
Calvin. q. I. c. 1. p. m. 7. explicat, est id, quod in una quavis stru-
ctura est primum, toti structurae subst. nec ab alio sustentatur. Qua
vero ratione *ἱεμελίον* differat à *βάσις*, à *στυβαίω*, & *ἰδρυμαίω*,
videatur apud eundem l. c. Fundamentum ergo cum in stru-
ctura rei primum sit, id à quo structura incipiat, ita ut proce-
dente tempore reliqua moles, vel omne quod superædifican-
dum est, superstruatur, & proinde sic dicatur non respectu sui,
sed respectu illorum, quibus subjicitur, ut illis ceu funda-
mentum

mentum subster, terminum *respectivum* esse patet, qui ad alia quibus aliquid subster, *respectum* quendam infert. A θεμελίω *fundamentum* dicitur θεμελίω, fundo, vel *fundamentum* jacio. Unde sicut θεμελίω dicitur per metaphoram & figurato dicendi genere *doctrina Catechetica*, ita θεμελίω idem est ac καθεδρα θεμελίον *fundamentum* ponere; & si ad Cateheticam doctrinam transfertur, idem est quod *Catechetice informare*, Christianæ doctrinæ & religionis primordia constituere, & tradere. Irenæo l. 3. contr. hæc. c. 1. dicuntur Πέτρος καὶ Παῦλος, ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίζοντες, θεμελιῶντες τὴν Ἐκκλησίαν, Petrus & Paulus, Roma evangelizantes, fundantes Ecclesiam, vel *fundamenta* Ecclesie jacentes; quod catechetice verbum Evangelii docentes fecerunt. Leguntur hæc Irenæi, sancti martyris, verba etiam apud Euseb. H. E. l. 5. c. 8. Explicationem autem, qua θεμελίω, & *fundamenti* vox ab ædificiis, & sic ab arte architectonica transfertur, & per metaphoram ab Apostolo translata esse dicitur ad Cateheticam doctrinam, ejusque traditionem, probant etiam Græci Chrysostomus, Theodoretus, & Theophylactus, nostrum locum explicantes.

§. 6. Cum itaque pari ratione & capita Catechetica, sive partes doctrinæ Catecheticae, *fundamentum* dicantur in ordine, & respectu ad aliud cui substant, ad *ædificium* nimirum aliquid spirituale, ut Chrysostomus & Theophylactus loquuntur, quod isti θεμελίω superædificandum; quodnam illud sit, quod ita superstruendum, merito quaeritur. Hoc enim dato, id quod in tota structura primum, cui cætera nitantur, h. e. quæ ad capita catechetica referri debeant Christianæ religionis dogmata, primaque Christianismi elementa doctrinalia dici mereantur, facilius explicari poterit. Vir prudens facile cognoscit, supra petram porius, quam super arenam domum ædificari debere. Matth. 7, 24. sqq. Negat Autor nostræ Epistolæ, se iterum jacturum θεμελίον μετάνοιας καὶ νεκρῶν ἔργων, καὶ πίστεως Ἰησοῦ Θεοῦ, Βαπτισμῶν διδασχῆς &c. *fundamentum* penitentia ab operibus mortuis, & fidei in DEUM, Baptismorum doctrina, impositionis manuum, resurrectionisq; mortuorum, & judicij extremi. Capita hæc Catecheseos Paulina alia sunt jam expli-

explicata occasione. Etsi vero hæc sic enarrans Apostolus, non omnia ad religionem & fidem Christianam necessaria dogmata enumerasse censeari debeat; hujus generis tamen & indolis sunt articuli ab eo adducti, quos ad religionem & vitam Christiani hominis ordinatos esse, illique substatere, manifestum est. Horum autem dogmatum respectu, quo sensu de *fundamento* Paulus loquatur, quod se non iterum *jaeturum* dixit, non eodem modo ab omnibus explicatur. Cum enim *ἑμελίον* idem sit h.l. quod ὁ λόγος τῆς ἀρχῆς, sermo *initialis*, significetque, figurato licet loquendi genere, τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς ἢ λογίων τοῦ Θεοῦ, *elementa* *initij sermonum DEI*, seu *elementa initialia*; certum illud quidem est, quod *initialis doctrina* hoc simili, quo usus est Apostolus, notetur, quam *fundamentum* etiam dici per *metaphoram* nil impedit, cum *fundamentum* sit id, quod in *structura* primum est, id à quo *structura* incipit, & unde ejus sit *initium*: An vero *fundamenta* dicantur respectu *vite Christiane*, quæ in *fide & charitate* consistit, Gal. 5, 6: an vero *ratione* ulterioris & perfectioris horum articulorum *tractationis*, quæ primis elementis bene traditis feliciter superstrui potest, rursus quæritur. Utrumque videntur conjungere Græci Patres supra laudati. Prior respectus magis probatur Cajetano & Estio ex interpretibus Pontificiis; nec displicet etiam ex nostratibus Dnn. Theologis Wittenberg. im Gitsindl. Bewelß p. 8. B. D. Calovio in Not. ad 2. Maccab. 7, 26. & Balduino in dispp. in Ep. ad Ebr. 1. c. cum ait, *appellationes* has, 1. στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς ἢ λογίων τοῦ Θεοῦ, c. 5, 12. 2. λόγος τῆς ἀρχῆς τοῦ Θεοῦ, c. 6, 1. 3. ἑμελίον, *commendare Catechetica doctrinam*, tanquam *fidei Christiane principium*, in primo statim *etatis flore* addiscendum, cui *cetera religionis mysteria* subsequenter annis feliciter *substerni* queant. Posterior vero respectus *fundamenti* magis exprimitur B. Hülsemanno in Brev. c. 16. Suppl. §. 10. qui *ἑμελίον* de *fundamento* *ratione tractationis* intelligit, cum verba μὴ πάλιν ἑμελίον ἀναστάσεως νεκρῶν κατὰ θεολόγησιν, sic interpretatur: *Non jaciemus rursus fundamentum de doctrina resurrectionis mortuorum*: Quem etiam priori *explicationi* præfert B. D. Seb. Schmidius Comm. h.l. cui *fundamenta*

B

Aposto-

Apostolus jacere dicitur ratione tractationis; ut fundamenta jaciatur, qui capita Christiana doctrina breviter, facile, & ut ipsam rem nude proponat, tractat cum alio; superadificet autem, qui plenius, subtilius exponit, confirmat, deducit. Sed duo hi respectus se invicem non tollunt; sed unus infert & connotat alterum potius, annuente etiam B. Schmidio l. c. Licet enim *ἡμετέρι* sic accipiatur, ut notet fundamentum doctrinae, v. c. de poenitentia ab operibus mortuis &c. & *ἀρχῆς*, ἢ *σοιχῆος*, id sc. unde fit initium tractationis hujus partis doctrinae Catecheticae; per hoc tamen non tollitur iste respectus, quod poenitentia sit fundamentum, h. e. id à quo incipit vita Christiana. Cum enim Chrysostomo h. l. notante, sine vita munditia Christianus esse non possit, sicut nec sine fundamento adificium, sollicitè quoque tradenda est disciplina articuli hujus Christianismi fundamentalis, ut ejus *σοιχῆα* ante omnia rite exponantur, pro captu illorum, qui ad Christianismum catechizandi sunt. Duplicem ergo respectum vox *ἡμετέρι* importat h. l. Alterum ad Christianismum, qui fide & charitate absolvitur, quæ in Catechesi docentur: Alterum ad perfectiorem modum docendi, & pleniorè cognitionem doctrinae Christianae, postquam ejus prima elementa, à quibus fit in docendo & discendo initium, sunt tradita. Rectè enim censetur, Apostolum τὸ ἀρχῆς ἔχει τὸν λόγον, item τὰ σοιχῆα τὸ ἀρχῆς τῶν λόγων ἔχει appellando *ἡμετέριον*, docere voluisse, capita Catechetica non solum initialia Christianae religionis esse debere, h. e. sic comparata, ut ab illis in rudibus catechizandis initium fieri debeat; sed etiam totius Christianismi, fidei nimirum & vitae Christianae, fundamenta, & doctrinas sive articulos fundamentales fundamentum Christianismi, fidei scil. & pietatis, constituentes.

§. 7. Distinguendum nimirum est inter *praecipuas partes*, seu praecipua capita, articulos etiam religionis Christianae, & *inter partes*, sive articulos fidei quae scil. creditur. Dicuntur hi, ut alibi ex instituto docetur, objecta partialia notitiae illius, quae est pars fidei justificantis & salvantis, quatenus talis est; illius notitiae, quae ad fiduciam requiritur, & sine qua
fiducia

fiducia salvifica in Christum nec esse, nec consistere potest. Conf. Calov. System. tom. I. p. 776. Etsi vero articuli fundamentales, qui fundamentum fidei & salutis constituunt, pars sint, & esse debeant doctrinæ Catechetiæ, his tamen ea non absolvitur. Dantur enim præter articulos fidei, etiam articuli pietatis, eximie explicante B. D. Nicol. Hunnio, de diff. fundam. p. 36. §. 54. quorum illi sunt *credendorum*, hi *faciendorum*. Requiritur itaque ad constitutionem fundamenti Catechetici etiam fundamentum pietatis, atque agendorum. Ὁφείοντες χριστιανοὶ δὲ ὡν προέδοσαν, manifesti erunt Christiani, per qua operantur, ait S. Ignatius Ep. ad Ephes. p. m. 25. Hæc vero etiam in Catechesi doceri debent, quo & quoad credenda, & quoad agenda rudes Catecheta informet, æque horum atque istorum *σευχῆα*, atque *ἀρχαί*, iisdem inculcans. Contingere enim potest, contingitque, ut error aliquis sit damnabilis, & hæresin involvat, etsi non impingat in articulos fidei. Simon, hæresiarcha, docens detestandam turpitudinem indifferenter famini utendi, ceu de eo refert Augustin. de hæres. c. 1. & alia, quæ scriptore Eusebio l. 2. hist. c. 13. non modo non honeste potuerunt scripti tradi, sed ne ore quidem propter insignem turpitudinem, & obscenitatem, à viris modestis aliquando sine scelere efferi; de quibus etiam Epiphanius hæres. l. 1. tom. 2. hæres. 21. f. 58. egit, docuit doctrinam, quæ peccata mortalia tradendo, ipsam fidem evertibat, quæ cum tali impio dogmate, quod ad ejusmodi *μυστήρια αἰχρότητος*, mysteria sæditatis, uti nominantur Epiphanio l. c. ducebat, stare non poterat. Spiritum Sanctum enim exacerbatum, ad iram contra se provocant, fidemque, quæ DEI opus est, Joh. 6, 29. amittunt, 1. Joh. 3, 24. quæ talia docent, atque agunt, ceu à Diabolo profecta. Interim moralis hæc impietas ipsam doctrinam, è qua fides oriebatur, salvam & integram per se relinquebat. vid. B. Nicol. Hunn. l. c. §. 249. p. 202. sqq. Cum itaque τὰ σευχῆα τῶ ἀρχῆς τῶ λογίων & στοιχῶ, elementa inisiy eloquiorum DEI ita comparata esse debent, ut verum Christianum faciant, explicante B. D. Seb. Schmid. Com. ad Ebr. 5. v. 12. L. 10. p. 576. recte hinc etiam inferur, capita catechetica dici θεμελίον, fundamentum, non tantum ratione credendorum, sed etiam ratione agendorum, idque non tam ratione tractatio-

nis, quam ratione ipsius Christianismi, cum sint id, quod in structura Christianismi primum est, à quo is oritur, & quo nititur. Consentiant ex nostris Dn. Theol. Witeb. in Gründl. Beweiß daß die Calvinische &c. p. 74. cum dicunt: Ein anders ist/ daß eine Lehr nöthig sey zu unserm Christenthum: ein anders daß sie zu unserm Christlichen Glauben nöthig/ oder daß es ein Glaubens- Articul sey. Inmassen die H. Zehen Gebote Gottes allerdings nöthig zu wissen seyn/ wie in gleichem das Gebet des H. Ern/ weil der H. Gehorsam nach Gottes Gebotten/ und absonderlich das liebe Gebet nöthige Stücke sind unsers Christenthums. Et nonnullis interjectis addit: die gesamte Stücke/ welche in dem H. Catechismus gehandelt werden/ nennet man Hauptstücke der Christlichen Religion/ welche alle zu wissen vonnöthen seyn / wo nicht zum Glauben / jedoch zu unserm Christenthum. Annuit B. Lutherus Catech. Maj. p. 401. sq. A Calvinianis in Confess. Helvet. c. 25. capita catechetica hinc appellantur prima fidei fundamenta, & religioni nostrae rudimenta. Unde Davenantius, Episcopus Sarisburiensis in Anglia, Comment. de Pac. Eccles. Johanni Duræo missa, quam Mellet. in Syndrom. Irenico exhibet, p. m. 11. qui credit, inquit, omnia quæ brevi Symbolo Apostolico comprehensa habemus, vitamque Christi præceptis conformem agere conatur, ex albo Christianorum non est expungendus: inter fulcra Christianismi, & partes religionis Christiano necessarias præter credenda, & articulos fidei, etiam agenda, & præcepta Christi, referens. Consentit quoad thesin Catech. Roman. in præfat.

§. 8. Cæterum non tantum ratio Christianismi, atque Christianæ religionis per se considerata ita urget, ut præter *ἡμετέρας* credendorum, etiam agendorum fundamenta doctrinam catechetica ingrediatur, & *τὰ στοιχεῖα τῆς διδασκαλίας* constituent, docente Paulo Gal. 5. 6. quod in Christo Jesu nil valeat, *ἰσχυρῆς*, quam *πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένης*, fides per dilectionem operans; sed & propter *παιδαγωγίαν* hæreticorum informatio catechetica jam Apostolorum temporibus sic instituenda fuit, ut contra illorum pravitatem Catechumeni præmunirentur, idque à teneris Christianismi sui unguiculis.

Unde

Unde & Cyrillus Hierosolym. in Pro Catech. f. 15. usum cateche-
 seon indultorio Audienti commendans, ὁπλᾶ ῥδ, inquit, λαμβά-
 νεις καὶ ἀντικειμένους ἐνεργείας, ὁπλᾶ λαμβάνης καὶ αἰρεσέων, καὶ Ἰε-
 ροδαίων, καὶ Σαμαρειτῶν, καὶ Ἰουδαίων, ποτὶ ἄ ἐχθρὸς ἔχεις, ποτὶ ἄ βέλη
 λαμβάνε, arma accipis contra adversarias potestates: arma capis ad-
 versus hereticos, adversus Judaeos, & Samaritanos & Ethnicos. Multos
 habes hostes, multa tela accipe. Non male sane observavit Da-
 naus in Comment. ad l. August. de hæres. c. 1. p. m. 45. quod
 Simon Magus, de quo supra aliquid jam notavimus, quo se
 genuinum πρῶτόγονον υἱόν, filium primogenitum Diaboli, uti appel-
 latur ab Ignatio in Epistol. ad Trallian. interpolata, p. m. 168.
 esse ostenderet, omnis religionis Christianæ partes subvertere conatus
 fuerit, tam quoad doctrinam de fide, quam quoad morum reformatio-
 nem & sanctitatem; urgens in moralibus Indifferentismum,
 & Ireneo l. 1. contra hæret. c. 20. notante, permittens suis, ut
 liberi agant, qua velint, non tantum quoad secundam, sed &
 quoad primam tabulam Decalogi, affirmansque, ut Origenes
 autor est l. 6. contra Cels. ἐραδία φορεῖν πρὸς τὴν εἰδωλολατρείαν,
 indifferentem esse idololatriam, ut proin merito σημωνιανὸν δίδαγμα,
 Simonianum dogma, ἀπεθεῖς, impium audiverit Justino Martyri,
 Apol. I. pro Christ. f. 52. Simile monstrum erat Carpoocrates,
 quem Sathanas, omni rabie æctus, ad ipsum Christianismum
 evertendum excitasse recte creditur. Allectæ ejus Epiphanio
 hæres. 27. f. 104. dicuntur ἐν τῷ Σατανᾷ παρεσπασσμένοι, καὶ πρὸς
 βλημένοι εἰς ὄνειδος καὶ σκάνδαλον τὸ εἶς ἑκκλησίας, ad Ecclesiam
 DEI probum & offendiculum à Satana adornati & submissi; qui-
 bus etiam ἀθεμίτητιαν καὶ ἀνεύκαστον κακοπραγίαν, nefaria scelera,
 & incomparabilem nequitiam tribuit, qua assumpto Christianorum
 nomine, summo Gentilium odio, ob flagitia atrociora, Ecclesiam
 Christi exposuerunt. Contra immanem impietatem horum
 Hæreticorum, in moribus piis & sanctis æque ac in fidei do-
 ctrina, Christiani rudes catechizandi erant, cum ut os obtu-
 raretur calumniatoribus, illorumque mentiendi libidini,
 tum ut ad honestam & piam vitā Catechumeni instituerentur.
 Urget ex eadem causa hanc in fide & moribus Christianis
 catechetica informationem Cyrillus Hierosolymitanus Catech.
 IV. f. 23. ὁ τὴν Θεοσεβείαν, inquit, τρέφει ἐν δύο τῶν σπουδαιῶν,
 B 3 λογισμῶν

δογματων ὁσεων ἀκριβείας, καὶ προφάνων ἀγαθῶν. Καὶ ἔτι τὰ
 δογματὰ χωρὶς ἔργων ἀγαθῶν, ὡς ἐδοκίμασεν ὁ Θεὸς ἔτι τὰ μὴ μετ'
 ὁσεων δογματων ἔργα τελύμενα, ὡς ἐδοκίμασεν ὁ Θεός, *cultus divini*
modus ex his duobus constat, priorum dogmatum certitudine, & operibus
bonis exequendis: neq; dogmata sine bonis operibus, DEO grata sunt
& accepta: neq; sine religiosi dogmatibus opera facta DEUS probat.
 Nonnullis interjectis subjicit f. 24. Μέγιστον τίμων κτήμα ἐστὶ τὸ
 δογματων μάθημα, καὶ χρεία νηφαλέος ψυχῆς, *maximum igitur est*
opera pretium in dogmatum intelligentia, & animi vigilantis & sobrii
usu.

§. 9. Infertur hinc, doctrinæ Catecheticae diversas esse
 partes; id quod & vox θεμέλιον insinuat. Quanquam enim
 totum quod naturæ artificio continuum est, & non ex parti-
 bus contiguis compositum, fundamentum sæpe sit, cui ædifi-
 cium superstruitur, uti rupem arcem superimpositam sæpe
 numero portare contingit; haud raro tamen, imo sæpius fit,
 ut ad fundamenti integri constitutionem plures partes con-
 currant, quas humana industria tam arte conjungi, & inter
 se uniri oportet, ut istæ partes per solidam quandam unio-
 nem etiam fiant continuæ, ne fundamentum reddatur disso-
 lutum, partibus inter se male cohærentibus, & ad ædificium
 portandum necessaria soliditate destitutum. Vir prudens, ait
 Christus Matth. 7, 24. *adificat ἢ οἰκίαν αὐτῷ ἐπὶ πέτρῳ, do-*
num suam super petram: stultus vero ἐπὶ ἄμμον, super arenam,
 ψ. 26. Ita licet doctrina Catechetica ex diversis capitibus
 Christianæ religionis constet, non tamen hæc nisi conjunctim
 sumta dici possunt θεμέλιον fidei & salutis, vitæque pie transfi-
 gendæ; perfectioris etiam Christianæ doctrinæ, quoad ea
 quæ scitu, creditu, factu & speratu necessaria sunt, illis su-
 perstruendæ. Requisita enim fundamenti ex natura rei ne-
 cessaria, explicante B. Nicol. Hunnio, Dialcepl. de fundam.
 diff. q. 1. c. 1. §. 5. sunt *unitas, integritas, & soliditas.* Conjun-
 ctim ergo capita ista sumantur, connectanturque inter se, ne-
 cesse est, ad constituendum unum, integrum, & solidum do-
 ctrinæ Christianæ, & salvificæ fundamentum. Consentit
 rursus Cyrillus Hierosolymitanus Procatech. f. 16. capita Cateche-
 tica appellans λίθοι ὡσπερ γνώστως, *lapides velut cognitionis ædifi-*
 cii

ciis spiritualis. 'Εάν μή, idem concludit, καὶ ἀκροαθίαν δεσμοῖς οἰκοδομῆς ἀερολογήσωμεν ἢ δόμον, ἵνα μή ἐυρεθῆ π χαῖνον, καὶ σαθεῖ ἡ ἰσότης ἢ οἰκοδομή· ἀλλὰ δεῖ καὶ ἀκροαθίαν λίθον μὴ λίθω ἀκροαθεῖν, καὶ γωνίαν γωνία ἐπεσθῆ. Δοτιζέοντων ἢ παλαιῶν, ἔτω δεῖ λίαν οἰκοδομῶ ἀνακαίνεν, nisi ordine vinculis constringamus structuram, ne quid laxum & hians reperiatur, debile fiet aedificium: sed & opera pretium, lapidi lapidem opponi, & angulum angulo conjungi, atque superfluis abscissis perfectas ades efficere. Idem etiam in prima catechizatione, qua fundamentum huic aedificio subster-nitur, necessarium est quoad τὰ στοιχεῖα ἢ ἀρχῆς ἢ λογίων ἢ Χριστοῦ, ut sic conjungantur, superfluis & subtilioribus omissis, ceu in disp. de *Simplic. Catech.* notatum, ne debile, & laxum habeamus fundamentum. Manet itaque quod, quemadmodum, ceu ex Theologis rem bene explicat D. Johann. *Museus de Syncret.* qq. Proœmial. q. 4. p. 19. sq. aedificium est ali-quid ex partibus pluribus, inter se ordinem habentibus, aggregatum, quorum una ceteris omnibus substat easq; sustentat; ita & in spiritua-li aedificio genuini Christianismi, qui in fide & charitate consistit, & quæ illi responderet doctrinæ, universam veram reli-gionem tradentis, primum aliquod detur necessario, à quo in hoc aedificio faciendum initium, & quod sic ordine pri-mum sit, reliquisque substet, quod στοιχεῖα, & elementa Cate-chetica esse dicimus.

§. 10. Præterea cum in θεμελίω, fundamento, etiam pro-
portio aliqua esse debet ad aedificium, cui substet, sequitur I.
capita Christiana Catechetica, qua talia, non inde petenda esse,
unde non peti debeant. Habuerunt equidem Gentiles etiam
sua στοιχεῖα, & elementa moralia vitæ civiliter honeste transi-
gendæ, v. c. *Aurea Pythagoræ*; & quæ sic appellantur *Symbola*
Pythagoræ, erudito commentario illustrata Lilio Gregor. Gyrardo;
sed illorum disciplina ad genuinum doctrinæ & vitæ Chri-
stianæ fundamentum constituendum ex se nec apta, nec prin-
cipium est. *Cæca enim est ratio, nescit salutis metam, nescit viam,*
nescit modum eundem. Dannh. Hodol. p. 23. Fidei etiam, ἐνεργη-
τικῆς δὲ ἀγάπης, quæ per dilectionem operans est, Gal. 5. 6. lumen
rationis lumine non indiget. Abesse etiam à fundamenti
hujus constitutione debent næniæ Thalmudicæ, ad quas
apud

apud Judæos, Buxtorffo scriptore Synag. Jud. c. 3. puer decennis, postquam legem & Pentateuchum mediocriter didicit, accedere & Talmudi operam navare debet, à cuius textu, ut qui omnium Judaicarum traditionum & constitutionum, omnisq; juris & divini & humani fundamenta contineat, recedere nefas. Removemus etiam traditiones verbo DEI scripto contradistinctas, & in illo, ceu radice principiorum doctrinalium, non contentas. Divinæ enim doctrinæ non nisi divinum principium, de cuius divinitate certo constet, assignari debet. Traditionum vero divinitas evidenter probari nescit; Ecclesiasticis autem traditionibus deest Θεωπνευσίς, conf. B. Dannh. l. c. Redderetur, si talia ad fundamenti Catechetici constitutionem admitteremus, illud minus solidum, & debilius, quam ut ædificio spiritali superimponendo par foret, atque proportionatum. Ex sola scriptura sacra ergo sacri lapides fundamentales ad fundamentum Catecheticum, quo & solidum, & structuræ ferendæ proportionatum sit, sunt petendi. Dicuntur enim capita Catechetica σειρήναι ἢ ἀρχαὶ ἢ λογίων ἢ Θεῶν, quia nimirum, eximie explicante B. D. Seb. Schmid. Com. p. 576. Loc. XI. ex λογίων ἢ Θεῶν, eloquiis DEI de prompta, iisq; confirmata sunt. Dicimur hinc superstructi super fundamentum Prophetarum & Apostolorum ipso angulari Jesu Christo, Eph. 2, 20. Add. Irenæus. l. contra hæres. c. 3.

§. 11. Deinde cum doctrina Catechetica continere debeat σειρήναι credendorum, & ἀγendorum, requiritur II. ut ad δαμάλιον Catecheticum constituendum non theoretica tantum, sed & practica dogmata concurrant, ut tam in fide, quam in moribus Christianorum Audientes rite informentur: Ne vel sola credenda doceantur, alto de agendis silentio; vel de his tantum sermo sit, de illis vero taceatur. Non confundenda, sed nec separanda hæc sunt. Credere, ait B. Cyprianus de simplic. Prælat. f. m. 162. se in Christum quomodo dicit, qui non facit, quod Christus facere præcepit? aut unde perveniet ad præmium fidei, qui fidem non vult servare mandati.

§. 12. Connexio denique necessaria est fundamenti cum reliqua structura, uti partes inter se connectuntur ad totum aliquod constituendum. Est nimirum, uti ex B. Joh. Musæo supra audivimus, ædificium totum aliquod, ex pluribus partibus,

tibus, certo ordine inter se connexis, compositum, cujus ima pars, quæ cæteris substat, & cui cæteræ inniuntur, dicitur fundamentum. Ita cum capitibus & elementis Catecheticis non solum eorundem sublimior, & perfectior doctrina Christiana connexa est, sed & Christianismus ipse, fides sc. & vitæ Christiana, cum illis immediate connectitur. Id enim sunt ista *scilicet*, quod in Christianismo in homine extruendo primo omnium ponitur; id à quo Christianismus incipit, & quod ut fidem concipiat, & Christiane vivat *Audiens*, primo omnium doceri debet.

§. 13. Cum itaque *Catechesis* ejusmodi *θεμελιος*, fundamentum, esse debet. quod ratione totius religionis Christi ane superstruendæ unum, integrum, solidum, proportionatum & adequatum, primum denique in structura hac spiritali sit, sequitur illud constitui conjunctione credendorum atque agendorum, unâ & conjunctim tradendorum, & ad ejus constitutionem proin concurrere elementa itidem credendorum atque agendorum, ita ut Catechesis contineat doctrinæ fidei atque morum capita fundamentalia. Sic enim non solum finis Catecheticarum institutionum requirit, qui est tradere illa, quorum cognitio homini Christiano ad salutem partim, partim ad pietatem, est necessaria. Et si enim bona opera ad salutem nō sunt necessaria, cognitio tamen Decalogi, qui summa est agendorum, necessaria est ad pietatem, & sic necessaria ratione divini mandati, uti Bona opera etiam salvando necessaria sunt. Salvator ipse catechetice informandi rudes Apostolis Matth. 28. præscribens modum, docete, inquit, servare gentes, quacunq, mandavi vobis. Non male ad hæc verba notans ita loquitur *Dallaus* de Cult. Latin. relig. l. 1. c. 2. p. 8. cum qua Christus mandavit in duplici rerum genere versentur, (quædam enim credi, quædam fieri ac observari mandavit) illis fides, his vita & mores Christianorum constituuntur; qui omnia quæ mandavit, doceri initiandos præcipi Christus, idem quoq, clare & necessario præcipere intelligitur, ut ij utroq, mandatorum genere imbuantur, h. e. ut de fide, & de moribus Christianismi doceantur. Observat hinc ex *Dionysio Arcopagita*, quem sic fingunt, de Eccles. Hierarch. c. 2. B. D. Cellarius, Theol. Helmstädiensis, de Catechum. c. 4. §. 4. Catechetam, post expostam,

G tam,

tam Catechumeno rationem ad DEUM accedendi, quaesivisse ex eodem: *Ἐστὶν ἄρα πολὺ σὺλῶστο, ἢ ἰσὶν ἰσὺς ἔσται?* *Scrutinia* hinc olim ante Baptismum instituebantur, ut fidei & morum rationem redderent Catechumeni sacerdotibus, de quo ex *Rupert. Abb. Walsfrid. Albino legendus C. Galius de Rit. sacr. Christian. P. II. p. 49. sq.*

§ 14. Quot vero capita Catechesin absolvant, & fundamentum Christianismi constituent, non eodem modo enumeratur, & enumeratum legitur. Catechesis Apostolicae Ebr. 6, 1. sq. sex enarrantur à Paulo capita: *Penitentia* scil. ab operibus mortuis; *Fides in DEUM*; *Baptismi*; *manuum impositio*; *Resurrectio mortuorum*, & *Judicium aeternum*. Verum cum *Sacrae cœna* non minus ad θεμελίον, de quo agimus, pertinet, quam alii articuli, dicendum est, vel non explicatissime & distinctissime omnes & singulos articulos fidei fundamentales, qui sub paucis istis comprehenduntur, evoluisse & enumerasse Apostolum, ut explicat *B. Seb. Schmid. Com. in Ep. ad Ebr. p. 655. L. 8.* vel neganda erit articuli de *S. C.* necessitas ad constitutionem θεμελίου, fundamenti, Christianismi. Aliter vero non solum ipse Apostolus docuit 1. Cor. 10. & 11. sed & seculi primi Doctor, & vir Apostolicus, *S. Ignatius* passim in suis Epp. de necessitate, & utilitate Sacramenti hujus, quo Christiani carere nesciunt, magnifice sentit. Contra Simonianos enim disputans gloriosus Martyr Epist. ad Sinyrn. p. m. 5. *Ἐυχαιρίστας, ἢ καὶ πρὸς ὁμοίους ἀπέχοντες, ἀλλ' οὐ μὴ ὁμολογῶν ἢ ἁχαιρίστας σάρκα εἶναι τὸ σωτήριον ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἢ ἡμῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν παθόντος, ἢ τῆς χειρὸς τοῦ ἡγίου, ἀβ' Εὐχαριστίας, & ὀρασιῶν ἀποστρέφονται, ὡς ἀποστρέφονται ἀπὸ τοῦ σωτήριου, ὡς ἀποστρέφονται ἀπὸ τοῦ σωτήριου, ὡς ἀποστρέφονται ἀπὸ τοῦ σωτήριου, ὡς ἀποστρέφονται ἀπὸ τοῦ σωτήριου.* *Et oratione recedunt; propter non confiteri Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Jesu Christi pro peccatis nostris passam, quam benignitate Pater resuscitavit.* Quam fundamentaliter autem hi erraverint, mox idem monuit, *οἱ ἔσονται ἀντιλέγοντες τῇ ἀληθείᾳ τῆς Θεοῦ συζητήσαντες ἑαυτοῦς, ὡς ἀποστρέφονται ἀπὸ τοῦ σωτήριου, ὡς ἀποστρέφονται ἀπὸ τοῦ σωτήριου, ὡς ἀποστρέφονται ἀπὸ τοῦ σωτήριου, ὡς ἀποστρέφονται ἀπὸ τοῦ σωτήριου.* Sit itaque quod, uti *Estius* statuit *Comm. h. Ep. c. 6, 1.* ab Apostolo enumeratio facta sit *præcipuorum aliquot doctrinae Christianae capitum*: Nil tamen impedit quo minus cum *B. D. Seb. Schmidio* nostro dicamus, sub enumeratis non enumerata fuisse comprehensa, & mentione Baptismi, seu sacramenti initiationis, etiam doctrinam de *S. Cœna*

S. Cœna, imo universam de *Sacramentis* disciplinam fuisse in-
 sinuatam, atque commendatam.

§. 15. Catechesis B. Lutheri, cui Calviniani suum *Catechi-
 smum Heidelbergensem*, qui ex decreto Synodi *Dordracena* Sess. 148.
 pro libro Symbolico habetur, præferendum esse gratis con-
 tendunt, quing. constat partibus. Nam passim, inquit ipse Lutherus
 in *Catech. Major. p. 402.* quing. partes esse videmus totius *Christia-
 na doctrina*; inserta hodie licet sit *sexta Pars. Confessio Helvetica*
c. 25. Ecclesiarum Pastores juventutem catechizare vult expli-
 cando *Decalogum mandatorum DEI, Symbolum item Apostolorum, Ora-
 tionem quoq. Dominicam, & Sacramentorum rationem, cum ALIIS ejus*
generis primis principis, & religionis nostræ capitibus præcipuis. Plu-
 ra ergo capita præter ista quatuor catechetica *Confessio* nume-
 rat, doctrinam de sacramentis uno titulo etiam comprehen-
 dens. *Davenantius* explicarius agens, *Baptismum & S. Cœnam*
 pro distinctis habet capitibus, quing. *Catechismi capita* enume-
 rans, *Decalogum, Symbolum, Orationem Dominicam, Baptismum, Eu-
 charistiam*, in *adhort. ad Pac. Eccles. c. 7.* *Catechesis Heidelber-
 gensis* tribus constat partibus I. de *miseria hominis.* II. de *redem-
 ptione* III. de *gratitudine*; sub quibus ceu cardinalibus doctri-
 næ Christianæ partibus, articuli fidei, prout à Calvinianis ex-
 plicantur, continentur: Id quod distinctius ab ejus Interpre-
 tibus & Commentatoribus ostenditur. Fata hujus *Catechismi*
 exposuit Dn. *Benthamius* de *Stat. Eccles. & Schol. Batav. P. I.*
c. 6. *Catechismus Romanus* autem quatuor habet partes, prout in
Præfat. ejusdem notatur. *Sapientissime*, inquit *Autor, Majores*
nostri totam hanc vim & rationem salutaris doctrinae, in quatuor hæc
capita redactam, distribuerunt, Apostolorum Symbolum, Sacramenta,
Decalogum, Dominicam Orationem.

§. 16. Verum quicquid sit de numero numerantæ, nu-
 merus modo numeratus, h. e. ipsa doctrinæ catecheticae Capp.
 rite, sufficienter, & recte explicentur; dispositio externa li-
 bera est, modo non peccet in regulas boni ordinis. Certum
 illud est, quod, cum universa doctrina Christiana constet *Lege*
& Evangelio, de Catechetica doctrina absolute loquendo, utrius-
 que *scilicet* eadem continere debeat, idque necessario. *Apo-
 stoli*, inquit B. *Gerhardus* de *Evang. §. 20.* *utrumq. doctrinae celestis*
caput,

caput, tam legem, quam Evangelium proprie dictum auditoribus suis proposuerunt: Quin imo proponere debuerunt, etiam catechetice. Lex sine Evangelio vel hypocritas facit, vel desperabundos; Evangelium sine lege securitatem carnalem alit. Ac proinde quamvis lex & Evangelium accurate sunt distinguenda, tamen in ipsa praxi, in vera sc. penitentiâ, & penitentiâ predicatione; à qua catechesis Apostolica incepit; sunt artissime connexa, imo quavis mathematica conjunctione viciniora, ut scribit Lutherus in c.3. Gal. Add. ejusd. Gerh. de Evang. §. 2. Relate vero & ratione, ut & pro diversitate catechizandorum, si de doctrina Catechetica sermo est, uti personarum quæ catechetice informandæ, non exiguum datur discrimen. ratione ætatis sc. religionis, qua jam adulti sunt imbuti, & ratione profectuum in initiis religionis Christianæ, & aliarum circumstantiarum; de quo etiam B. Augustinus t. IV. opp. de Catechiz. rud. c. 7. egit, & eximie idem monuit Gregor. Nyssen. Orat. Catech. t. 3. f. 43. ita quoque variare possunt capita Catechetica, variantque. Contingere enim potest, contingitque, ut apud hos certa capita doctrinæ necessaria sint, ad ponendum solidum Christianismi fundamentum, quæ apud alios non ita necessaria sunt; inprimis si ad specialiora *σχιματα* descenditur. Sic apud Ebræos ad Christianam religionem catechizandam necessaria fuit doctrina de Baptismo, ex causis in disp. de Catechesi Apostolica allegatis, sed non æque apud Gentiles. Aliter diversitatem capitum Catechetorum, in Judæorum & Gentilium Catechizatione olim adhibitorum, explicat Irenæus l. 4. contr. hæret. c. 40. notans, quod facilis fuerit catechizatio apud eos, qui ex scripturis habebant ostensiones, quales erant Ebræi conversi, qui Moysen & Prophetas audiebant, & facile recipiebant primogenitum mortuorum, & principem vitæ DEI: PRÆCATECHIZATI enim fuerant. Gentes autem catechizabat Apostolus discedere ab idolorum superstitione, & unum DEUM colere factorem cæli & terra, & universa constitutionis factorem, quæ Judæi jam didicerant. Ita propter hæreticorum dogmata, atque *παινεγριας*, *σχιματα* catechetica non ubique eadem semper erant, ceu in diss. de Simplic. Catech. §. 22. sq. ex Epiphano & Athanasio explicatum. Factum hinc etiam est, ut B. D. Carpovio in Isagog. Libb. Symb. p. 951. notante, quinque partibus Catecheseos Lutheri acce-

accederet sexta, caput sc. de Potestate clavium, idque propter Calvinianos. Deest quidem, inquit laudatus Carpzovius l. c. in Catechismo, libro Concordia inserto, hac pars, postquam Lutherus eam S. Cæna annumeraverat: sed hodie in Catechismo, prout in scholis & templis legitur & docetur, habetur illa, & quidem loco eorum, qua in illo de confessione, quomodo simpliciores de ea erudiendi sint, à Luthero in Catechesi min. monita fuerant. Addit vero: Factum est hoc augmentum sine dubio patrum nostrorum tempore, ubi Calvinista Confessionem & Absolutionem ex Ecclesiis ejicere omni studio conati fuerant. Observat denique B. Hulfemannus Brev. c. 15. §. 1. docetque, qua ratione ipse DEUS in hominis informatione ad hypotheses sive infidelium, sive Judæorum respexerit, & sic pro subjectorum diversitate id fecerit. Singulari prudentia hoc nomine Lutheri Catechesis scripta est, quæ ut de aliis nil dicam, cum Sacramentariis opinionibus usque eo stare nescit, ut, licet secundum corpus doctrinæ Philippicum Crypto Calviniani Wirtebergenses, uti vocabantur, illam explicarent, ceu constat publico quodam Facult. Theolog. Wirtebergensis scripto an. 1570. exarato; nihilominus tamen id egerint, ut expulso Lutheri Catechismo novum, Calvinismo patrocinantem, imperitiæ & imprudenti juventuti obtruderent; de quo B. Hutter. in Conc. Concord. cap. 2. p. 138. sqq. præprimis postquam consilia agitare incepissent de tollendis è medio scriptis Lutheri, præsertim ex Gynæceo illustri aulico, à quo sibi vehementer metuisse dicuntur B. Huttero l. c. c. 5.

§. 17. Speciales doctrinæ Catechetiæ partes, ad Legem & Evangelium reducendæ, quænam & quæ sint, Catecheseon autores non eodem modo explicant. Necessarium esse Decalogum hoc nomine, eo minus dubitare licet, cum Deut. 6. 2. 7. filiis istius præcepta acuenda esse dixerit, acuique etiam præceperit DEUS. Ethî enim, ut secundum Legem Decalogi ambulemus, ad salutem non sit necessarium, salvando tamen, propter alias licet causas, vitæ sanctitas est necessaria. Ebr. 12, 14. Rom. 8, 13. uti & Bona opera hoc nomine exiguntur, ceu fructus fidei, & spiritus, Ebr. 11. Gal. 5, 6. 22. quæ normæ Legis respondere debent, si fructus vere boni audire volunt. Eadem Decalogi Lege cum præcepta sit oratio precum, licet per Spiritum Sanctum, verbo Evangelii acceptum, ejusque gratiam clame-

mus *Abba Pater*, recte fit, imo necessario, ut quo sciamus quid orandum, & quis orandus, (quod contra Bellarm. 1. de Beat. S. c. 21. notari jubet B. Dannhavy. Hodol. p. 956.) precum istud exemplar, cujus ipse Christus autor extitit, & quod ut illud usurpemus ab eodem nobis præscriptum est, primo omnium etiam memoriam mandemus, ceu inter *scilicet* Christianismi non postremum. Notat hanc capituli hujus necessitatem Cyprianus, gloriosus Martyr, serm. VI. de Orat. Dom. f. m. 230. *Que enim, inquit, potest magis spiritualis esse oratio, quam qua à Christo nobis data est, à quo nobis & Spiritus S. missus est? Que vera magis apud Patrem precatio, quam qua à filio, qui est veritas, de ejus ore prolata est? ut aliter orare quam docuit non ignorantia sola sit, sed & culpa & c. Oremus itaque, fratres dilectissimi, sicut Magister DEUS docuit. Legitur hinc in Capitul. Karol. & Ludov. Imp. l. 6. c. 163. præceptum, ut omnes fideles Orationem Dominicam discant, & intelligant, & suis sacerdotibus eam verbo ex verbo reddant, & aliis fidelibus, qui eam nesciunt doceant. Et cum non bonis justificemur, & salvemur operibus, sed fide in Christum, etiam de Fide hac in Catechesi agendum, ut unicam salutis viam, quæ Christus est, Joh. 14, 6. cognoscant Audientes, & necessarios simul articulos, ex quibus fides, quæ justificet & salvificet credit, concipitur. Merito ergo inter capita & *scilicet* Catechetica Symbolum, quod Apostolicum vulgo dicitur, refertur. Etsi enim Apostoli ejus non sint auctores, doctrina tamen ejusdem non solum Catholica & Apostolica jure audit, sed & ipsum sua antiquitate venerabile est: Tum debita tamen id debet intelligi explicatione ex scriptura sacra, uti Lutheri Catechismus Major in Symb. explicatione id fecit. Vehementer enim falluntur Syncretistæ, qui in Symbolo sic explicato, imo in nulla Catechesi haberi quicquam de gratia DEI universali; de Universali redemptione, & vocatione contendunt, de quo B. Calov. in Syncret. C. p. 122. sq. Denique nec ex Catechesi eliminari potest doctrina de Sacramentis, cum exemplo Catecheseos Apostolicæ Ebr. 6, 2. quæ de Baptismo egit, & doctrinam hanc ad *scilicet* Christianismi refert: tum quod sint media salutis, ejusdemque causæ organicæ proximæ. Ipse etiam Johannes Davenantius in adhort. ad Pac. Eccl. c. 7. *Baptisimum & Eucharistia Sacramentum Christianismi fundamenta**

menta & fulera appellat. Conf. ex nostris Dnn. *Wittebergenses Theol. Gründl. Verweiss* p. 905. Alii, v. c. *Chytraus* in Catechesi plura enarrant capita doctrinæ Catechetiæ, prout nimirum distinctius ea tradere Catechetæ videtur, vel Ecclesiæ necessitas, & aliarum circumstantiarum ratio sic urget. Conf. *Chemn. r. t. 1. Loc. de usu & utit. Loc. Theol. f. 10.*

§. 17. Non prolixè disquiremus, quo ordine capita Catechetica in Catechismo sint ponenda, & docenda. Catechizationem aliam esse rudivorem, quæ in rudibus catechizandis occupatur, aliam sublimiorem, seu perfectiorem, quæ in primis initiis, & linearis doctrinæ catechetiæ ulterius perficiendis operam ponit, notum est. Scripsit B. *Augustinus* eximium opusculum de Catechizandis rudibus, quo docet, quæ ratione ad Catechismum accedentes, pro statu animi, & ratione causa, qua commoti ad religionem venerint, uti B. *Vir l. c. c. 5.* loquitur, instrui debeant, & unde exordium; aliter plane rudes, aliter doctos, doctrinis excultos, qui cum jam decreverint esse Christiani, tantum veniunt et fiant, aliter Grammaticos, & Rhetores tractandos esse monens. *Cyrril. Hierosolym. Pro catech. f. 16.* distinguit inter Catecheses tradendas τῶ βαπτισματι προερχομένοις, & τοῖς τὸ λυτρὸν ἔχουσιν ἤδη πιστοῖς, accedentibus ad baptismum, & his qui hoc lavacrum jam habent fidelibus; & quæ aliis, μὴ ἔσι χριστιανοῖς, qui nondum sunt Christiani. Idem discrimen urget B. *Gregor. Nyssen. Orat. Catech. t. 3. f. 43.* monens, quod non idem doctrina modus conveniat omnibus auditoribus, sed pro religionum diversitate mutanda & accommodanda fuerit Catechesis. Verum enim vero licet ita Patres, & ante illos Apostoli, imo, quod & B. *D. Hulfemann. Brev. c. 15. §. 1.* monet, & supra jam notatum est, ipse DEUS hunc in informatione hominis servaverit ordinem, ut præmitteret ea Christianæ fidei dogmata, quæ ad hypotheses seu infidelium, seu Judæorum (pro subjectorum diversitate) quam proxime accedebat; hunc tamen ordinem etiam observabant, ut primum & principale, atque generale, & à Paulo traditum caput esset μετάνοια ὁρίν νεκρῶν ἔργων, respicientia à mortuis operibus; quo nomine & fidei, & morum errores etiam veniunt, quos & Lex arguit. Et si enim convenienter, ut idem *Gregorius* observat, errori singulorum anticipato κατήχησιν instituebant Catechetæ, Judæis, Gentilibus, Hæreticis Marcionitis, Valentianis, Basilidianis, &c. opinio-

opiniones eximendo, pertinebat tamen illud ad caput de *penitentia*, cum qua doctrina de *Lege*, quæ in nostra Catechesi primum caput constituit, conjuncta est. Aliter atque *Catechesis Heidelbergensis* facit, quæ de *Lege* P. III. post *fidem* agit. Conf. *Hulsem. l.c. Witteb. Theol. Gr. Bew.* p. 73. sq.

§. 19. Relinquitur ex dictis, quod, cum in Catechesi vere Christiana fundamentalia fidei & vitæ contineantur, quia *ἡθειο* religionis Christianæ, credendorum & agendorum, & sic iphus Christianismi esse debet, alias hoc nomine indigna futura; quod, Inquam, qui in ista fundamentalia veræ religionis Christianæ Catechetica, & ipsorum substantiam impingunt, ea tollendo, evertendo, infringendo, pro talibus sint habendi, cum quibus publica consociatio Ecclesiarum, & concordia Ecclesiastica, quæ cum fraternitate spirituali sit conjuncta, iniri non possit; idque ob dissensum qui datur in *fundamentalibus* ipsius *Christianismi*. De *hæresi* quid sit, & quid *hæreticum* constituat, prolixè non disquirò. Non improbo tamen disciplinam Dn. *Wittebergenf. Theol. Im Ordndf. Beweish* p. 41. sqq. & B. D. *Hiltebrandi*, Theol. Helmstadiensis, in Dissert. de hæres. cujus §. 8. hæc est doctrina: *Fides bisariam sumitur, semel strictè pro sola credenda; & qui hic datur error, est hæresis primæ notæ. Deinde extenditur sape vox fidei ad dogmata totius religionis Christiana, sive sint credenda sive agenda, quotquot in sacris literis præsertim N. T. clare & perspicue sunt tradita, & hoc modo doctrinam fundamenti statuunt Catechismum. Hæreses quoq; sub ea ratione non tantum in fidei nostra *συστάσει*, sed & contra Decalogum, Orationem Dominicam, Sacramenta, & si quod aliud dogma in scripturis canonicis expressum est, impingere dici possunt. Hæc ergo hæreses, addit B. Vir, secundæ notæ appellabimus.* Add. §. 17. §. 25. §. 31. Necessitatem capitum Catechetorum supra explicavimus. Errores ergo qui in ipsos articulos fidei, & substantiam præceptorum de agendis impingunt, in ipsa *fundamenta*, & *fulcra Christianismi*, ut *Davenantius* l. c. loquitur, impingere, necesse est ut confiteantur omnes, qui confitentur Catechesin fundamentalia continere, & continere debere, quibus salvis salutem sperare possumus, & quibus negatis, vel subversis, ipse Christianismus, & consequenter salus æterna destruitur, sive immediate, sive mediate id fiat. Cum itaque, si à primis initiis rem velimus explicare; quod omnino in re tam gravi fieri debet; non solum olim *Crypto-Calviniani Wittebergenfes* in Saxonia Electorali de tollendo *Lutheri Catechismo* consilia egerint, prodeunte Catechismi novi partu infelici, quo introductum in Ecclesias & Scholas Saxonicas suum seu Philippinum, seu Calvinismum stabilirent; quod etiam in *Palatinatu Bipontino*, non sine dolo, factum constat, de quo *Husterrus* Conc. Conc. c. 55. p. 277. sed & in *Electoralis Palatinatu Catechismus Heidelbergensis* Electoris jussu prodierit, qui inter libros Reformatorum Symbolicos hodie numeratur, ex Synodi Dordracenæ decreto; dijudicandum relinquitur, si verum velimus fateri, annon hoc facto superioris sæculi Calvinianis schismatis causa fuerint, hoc ipso ex nostris, h. e. Ecclesia vera exiverint, conf. B. *Dannb. Anti-Chr.* p. 573. & Catechesi B. *Lutheri* errores in *ἡθειο* Christianismi impingentes tribuendo, hoc ipso reunioni, quæ salvâ dissidentium sententiâ per *Syncretismum conservativum* gratis quæritur, obicem posuerint.